LE GOUVERNEMENT
DU GRAND-DUCHÉ DE LUXEMBOURG
Ministère de l'Éducation nationale,
de l'Enfance et de la Jeunesse

EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES CLASSIQUES
2021

BRANCHE	SECTION(S)	ÉPREUVE ÉCRITE	
Latin	**toutes**	*Durée de l'épreuve :*	*120 minutes*
		Date de l'épreuve :	*02/06/21*

1. Texte connu (30 points) : Tacite, *Annales*, 13, 15

Turbatus his Nero et propinquo die, quo quartum decimum aetatis annum Britannicus explebat, volutare secum modo matris violentiam, modo ipsius indolem, levi quidem experimento nuper cognitam, quo tamen favorem late quaesivisset. Festis Saturno diebus, inter alia aequalium ludicra regnum lusu sortientium, evenerat ea sors Neroni. Igitur ceteris diversa nec ruborem adlatura ; ubi Britannico jussit exsurgeret progressusque in medium cantum aliquem inciperet, irrisum ex eo sperans pueri sobrios quoque convictus, nedum temulentos ignorantis, ille constanter exorsus est carmen quo evolutum eum sede patria rebusque summis significabatur. Unde orta miseratio manifestior, quia dissimulationem nox et lascivia exemerat. Nero intellecta invidia odium intendit ; urgentibusque Agrippinae minis, quia nullum crimen neque jubere caedem fratris palam audebat, occulta molitur pararique venenum jubet.

(117 mots)

2. Texte inconnu (30 points)

Portrait du sage épicurien

Sic enim ab Epicuro sapiens semper beatus inducitur[1]: finitas[2] habet cupiditates ; neglegit° mortem ;

de dis immortalibus sine ullo metu vera sentit ; non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita[3].

His rebus instructus[4] semper est in voluptate. Neque enim tempus est ullum, quo non plus voluptatum habeat quam dolorum. Nam et praeterita grate meminit et praesentibus ita potitur[5] ut animadvertat quanta sint ea quamque jucunda[6] neque pendet ex futuris, sed expectat illa, fruitur praesentibus ; ab vitiis […] abest plurimum, et cum stultorum vitam cum sua comparat°, magna afficitur voluptate. Dolores autem si qui incurrunt[7], numquam vim tantam habent ut non plus habeat[8] sapiens quod[8] gaudeat quam quod[8] angatur[9].

(107 mots)

M. Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, I, 62 *passim*

Vocabulaire :

1 induco, is, ere, duxi, ductum		ici : introduire, présenter
2 finitus, a, um		ici : limité, modéré
3 migrare de vita		quitter la vie
4 instructus, a, um		muni, pourvu
5 potior, iris, potitus sum	+ ABL	s'emparer de, se rendre maître de
6 quamque jucunda		= et quam jucunda
7 incurro, is, ere, curri, cursum		survenir, arriver, se présenter
8 non plus habere quod + subj.		n'avoir pas plus de raisons de + inf.
9 ango, is, ere, / , /		tourmenter, inquiéter